ſervare. Commiſimus etiam Capitaneo
noſtro Budinenſi et Gorlicenſi, qui nunc
est, ſeu pro tempore fuerit, quatenus
prædictos homines conſimili modo au-
thoritate noſtra ab omnibus moleſtijs
et gravaminibꝫ manutenendo protege-
re debeant et tueri. In cujus rei teſti-
monium præſentibꝫ noſtrum ſigillum
est appenſum et ad illorum cautelam
et memoriam pleniorem præſentem
literam civibus noſtris Gorlicenſibus
duximus committendam. Dat. Pragæ
ſecunda die menſis Junij Anno Domini
Milleſimo CCC XXXVIIII.

19

Regis Johannis Spruch
Zwiſchen Görlitz und Zittaw
Der Waidtfuhr halber
ao: 1339.

Johannes Dei gratia Bohemiæ
Rex ac Comes Lucemburgenſis Notum
facimus tenore præſentium univerſis,
Quod cum ab antiquo conſuetum ſit et
ex jure, ut omnis Sandix ſeu Tinctura
pannorum Waydt vulgariter dicta,